



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Feria quinta. Exercitium 36

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)



## FERIA QUINTA.

Exercit. 36.

*P. Palm. 77. Panem Angelorum manducavit homo.*

*I. an. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

*Ibid. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam.*

*Ibid. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in illo.*

*Ibid. Hic est panis, qui de caelo descendit: qui manducat hunc panem, viuet in eternum.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quam mirabilis & diuina sit illa mens: quam Deus in Ecclesia sua collocauit, videlicet. Sanctissimi Eucharistiae sacramenti, in quo manducandum nobis datur corpus, & bibendus nobis offertur sanguis Christi.

GRA



*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, pro tam im-  
menso beneficio, quod etiam  
Angelicos spiritus in admirationem  
& stuporem trahit.

*Confusio.*

**P**udore suffundemur; quod obli-  
ti fuerimus comedere panem huius  
corda hominum confirmantem:  
quodque sine vlla preparatione at-  
que deuotione ad cœleste hoc man-  
na accefferimus.

*Petitio.*

**R**ogabimus Deum, vt nobis con-  
tinuam cœlestis huius panis fa-  
mem largiatur: nobisque interiorem  
deuotionem conferat, quoties ad  
Dominicam hanc mensam accedi-  
mus.

*Oblatio.*

**O**fferemus Domino cor nostrum,  
vt illud per augustissimum hoc  
sacramentum in se transformet, vt  
mundo mortuum illi soli viuat.

FERIA